

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1332 bis 1380

Witte, Hans

Straßburg, 1896

1361 - 1370

[urn:nbn:de:bsz:31-326758](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326758)

886. Bischof Johann [II oder III?] an den domdechanten Johannes von Ohsenstein: bittet ihn, mit dem rate zu reden, dasz dieser Ludewigen von Hopscheit, des bischofs diener, furbasser ziel gebe bis sanct Michaels tage. « Datum oppido nostro Benefelt feria secunda post Ulrici. » [1361—1370 Juli 8] Benfeld.

Str. St. A. AA 1402 nr. 91. or. ch. lit. cl. c. sig. in v. impr. del.

887. Das Thomaskapitel bestimmt, daß künftig an Stelle der Brode den Canonikern Weizen geliefert wird. 1370 Juli 18.

Nos Nicolaus Spender prepositus, Johannes de Kagenecke decanus totumque capitulum ecclesie s. Thome Argentinensis ad hoc capitulariter congregati provida deliberacione prehabita ac ecclesie nostre predicte utilitate evidenti pensata statuimus et ordinavimus, quod cuilibet canonicorum prebendas consecutorum assignentur in tritico triginta sex quartalia et quatuor sextaria, que hactenus in panibus in pistrino ministrata sunt, assignanda eisdem per procuratorem nostri capituli in festis assumptionis virginis Marie, sanctorum Martini, Mathie atque Urbani, quolibet termino prescripto novem quartalia tritici cum uno sextario. Fiet autem distribucio canonicis, vicariis, decano et scolastico racione suarum dignitatum, prout hactenus in panibus de pistrino facta est. Si quis vero de predictis distribucionem capientibus predictum triticum in panibus habere voluerit, tantum capiet omni fraudis commento semoto, quantum in domo sua indiguerit, residuum autem tritici a procuratore capiet terminis ut prescriptum est. Absentes vero canonici tantum recipient triticum, nec eisdem panes assignari volumus. Sed si quis ex predictis distribucionem predictam recipiens in panibus intra annum ex quacumque causa acceptare dictos panes de pistrino nollet, extunc liceat eidem vendere eosdem personis ecclesiasticis quibuscumque de ecclesia nostra existentibus indigentibus tamen pro se et familia sua usque ad terminum proximum de terminis specificatis; adicientes prescriptis, quod decedente aliquo de prescriptis personis dictam distribucionem tritici in panibus capiente liceat illi, cui prebenda defuncti colligenda commissa fuerit, disponere cum eisdem panibus inter personas capaces predictas, prout utilius sibi videbitur, tantum ad terminum proximum distribucionis panum inchoando. Insuper recipient predicte persone, quibus distribucio fieri debet, dictos panes sine quocumque eorundem dampno de pistrino, quod ex quacumque causa capitulum subibat, reservantes nobis et nostris successoribus, prout de consuetudine nobis hactenus competiit, prebende cujuslibet vacantis, cui dicta distribucio solita fieri est, taxum, excrescenciam et tricesimum. Volentes hoc statutum aliis nostris statutis juratis communicari. Actum 15 kalendas augusti anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo. In quorum testimonium nos Nicolaus prepositus et Johannes de Kagenecke decanus predicti nostra sigilla dicti capituli sigillo duximus coappendenda.

Str. Thom. A. lad. 2 statuts or. mb. c. 3 sig. pend.
Erwähnt bei Ch. Schmidt, hist. du chap. de s. Thomas 108.

1362 Sept. 26 finde ich Johann von Ohsenstein zum ersten Male als Domdechant erwähnt; 1360 Oct. 8 wird er noch als Chorbischof genannt.

1370. In die festivitatis sancti Michaelis archiepiscopi...

1371. In die festivitatis sancti Michaelis archiepiscopi...

1372. In die festivitatis sancti Michaelis archiepiscopi...

1373. In die festivitatis sancti Michaelis archiepiscopi...